Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 2da

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

144

Q. 2da

Quinam hoc sacramentum aliis dispensare possit?

Nota, quod minister dispensans seu distribuens potest esse duplex, scilicet vel ordinarius et ex officio, vel extraordinarius et ex commissione. hoc notato sit

Assertio. Solus sacerdos est minister ordinarius, qui potest de jure ordinario et ex officio aliis dispensare hoc sacramentum: ex gravi tamen causa, vel urgente necessitate sacerdos Eucharistiae dispensationem Diacono committere potest, fortassis urgente necessitate etiam subdiacono, immo et laico.

1a pars, quod solus sacerdos ordinarius sit dispensans probatur 1o ex Trident. sess. 13. cap. 8. ubi dicit: Ex apostolica traditione emanare, ut laici a sacerdotibus communionem accipiant. unde 1. Corinth. 4. dicitur: sic nos existimet homo etc. (utique apostolos episcopos sacerdotes,) ut ministros Christi etc.

Probatur 2. nam spectat ad sacerdotes ex officio spectat Christi corpus et sanguinem propria potestate

à Xpo accepta conficere, ita ad eosdem spectat illa populo dispensare: nam cui convenit actus superioris, convenit & accessorius cum perti conexus vi ordinis: atqui sacerdoti per se & ex officio convenit confectio Eucharistiae, qui est actus superioris: ergo eidem per se & ex officio etiam convenit eius dispensatio.

Prob. 2. quamvis aliqui sint, qui sunt, qui cum S. Thoma dicant, ex officio convenire diacono dispensationem saltem sanguinis, licet non corporis Domini, nisi ex commissione sacerdotis, fundantes hoc ex usu veteris Ecclesiae ab exemplo S. Laurentii qui legitur Xpi sanguinem dispensasse: tamen neutrum convenire diaconis, neque dispensationem sanguinis neque corporis ex officio aut vi ordinis.

Prob. primum ex proprio officio non convenit ministro, quod cum ipsa potestate ordinis ei non traditur: sed diacono cum potestate diaconatus non traditur sanguinis aut corporis dispensatio: ergo. min. prob. potestas diaconatus est sola potestas legendi Evangelia in Ecclesia, nam hoc tantum exprimitur in forma, & traditur per manum libri Evangeliorum nulla mentione facta de Xpi sanguinis dispensatione: atqui in nulla vi ordinis collatione

146 traditur potestas, quae non exprimitur in forma, et sola generatio habeat eam potestatem, quae in forma exprimitur; nec potestas legendi Evangelia ullam generationem habet eam dispensandi sanguinis: ergo dispensare sanguinem non est Diaconi ex officio, sed solum ex commissione: quia ordinarius dispensans est solus sacerdos.

Nec obstat quod S. Laurentius sanguinem Domini dispensaverit: quia illa dispensatio sanguinis fuit tantum ex commissione Pontificis, non vi ordinis, ut patet ex ipsis verbis S. Laurentii: Experire utrum ministrum idoneum elegeris, cui commisisti Domini sanguinis dispensationem. ubi to commisisti significat commissionem non potestatem ordinis.

Quod autem Diaconis committi possit dispensatio Eucharistiae, quae est 2da pars assert. patet tum ex praxi vet. Ecclesiae, ut paulo ante diximus, tum ex concil. Carthagin. 4. cap. 28. et S. Justino apolog. 2. ex quo utroque loco patet non tantum calicis, sed etiam corporis dispensationem Diaconis committi posse; idque non tantum in extrema necessitate, ut si parocho absente vel impedito infirmus sine viatico decessurus esset, sed in quacunque necessitate gravi, ut si in

magna festivitate parochy c sacerdotes confessionibus excipiendis v concionibus occupati communicantibus commode satisfacere n possent.
Quoad ult. ptem assert. dr in ea fortassis quia incertu e inter theologos, an hoc potestas n etm inferioribus clericis possit, aut in defectu horum etm laicis committi, ut patet ex D. G. dispensatione; multi enim cum Azorio negant, quia videtur Ecclesiae consuetudini prorsus repugnare, qd n permittit laico v inferiori clerico, ut v tangant hoc sacramentum & cap. pervenit de consecrat. dist. 2. graviter reprehendantur sacerdotes, qui corpus d. laicos infirmis mittebant. Contra vero Suarez cum aliis probabile ee putat hoc licere saltem n extra necessitatem, quia in pro hoc casu n prohibetur ullo iure, quemadmodum n prohibetur, quo minus laicus in necessitate hostiam v. g. in terram decidentem elevet, & valde rigorosum videtur, lecum mox morituro, cui corpus summe necessaria e, eandem negare propter [illegible] absentiam parochi.
Atque horum opinio, saltem n facile e practicanda, ita damnandi n st, qui se illi conformaverint.

148. Unde colligitur posse laicum in extrema neces-
"sitate sibi ipsi Eucharistiam administrare, & multo
magis id licere inferioribus clericis &c.
Nota 3o. nullum sacerdotem posse licite alteri
Eucharistiam ministrare, nisi sit eius proprius pastor
vel ex proprii pastoris, vel summi Pontificis
commissione vel licentia expressa vel rationabiliter prae-
sumpta id faciat, sicut constat ex Clementina
Dudum de sepult. Et in concil. Milevit. &
Carthag. 1. prohibentur clerici & laici Eucharistiam
sumere ab alienis. Ratio praeter fundatum in
iure communi, quod prohibet, ne quisquam mittat fal-
"cem in alienam messem, aut alterius iura
invadat: atque dispensatio sacramentorum, ac prae-
sertim huius est proprium munus pastoris. quo
Quare peccat mortaliter, qui sine omni iuris-
"dictione vel facultate proprii parochi laicis Eu-
charistiam ministrat, quia violat iurisdictionem al-
"terius in re gravi. Insuper Religiosi
ipso facto incurrunt excommunicationem soli Papae
reservatam ex Clementina Religiosi de
privilegiis, si sine speciali licentia pa-
"rochi praesumpserint Clericis vel laicis dare
Eucharistiam aut Extremam unctionem, aut matri-
monia solemnizare, nisi habeant privilegia

aut urgente necessitate absit, aut iniuste no-
„lit in articulo mortis.
Deniq3 inferiores sacerdotes, sine omni
facultate administrantes Euchā etiam incurrunt
irregularitatem ex abusu s. ordinis, quia ex-
ercent actum proprium ordinis sacerdotis, quem
non habent. unde extra hanc irregularitatem
non incurrit sacerdos citra sed iurisdictionem
v. facultatem ministrans, quia non exercet actum
ordinis, quem non habet.

Sectio 4ta.

De Re contenta, seu de reali Xpi praesentia in Euchā

Dub. j.a

Utrum Xpus sit vere & realiter praesens in hoc sacramento?

Assert. in Euchā vere realiter ac substantialiter
continetur corpus & sanguis Xpi. ita oēs cath.
contra varios haereticos.
Prob. j.o ex Trid. sess. 13. cap. ubi dr.
Docet s. synodus, & aperte ac simpliciter pro-
„fitetur, in almo s. Euchāe sacramento post